Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

amara est potio bibentibus illam.
Arrita est civitas vanitatis: dis
sa est omnis domus ne ingredi
atur. Clamor erit super vino in
platis: deserta est omnis letitia. abs
latum est gaudium terre. Relicta est
in urbe solitudo. et calamitas oppi
met portas: quia hec erit in medio
terre. in medio populorum sicut si pa
ucine que remanserunt excutiant
excolea. et racemi cum fuerit finita
vindemia. Hi levabunt vocem su
am atque laudabunt: cum glificati
fuerit dominus: hymnient de mari.
Propter hoc in doctrinis glorificate
dominum. et in insulis maris nomen
domini dei israel. A finibus terre laudes
audivimus: gloriam iusti. et dixi.
Secretum meum michi: secretum meum
michi. Ve michi. Prevaricatores pre
varicati sunt: et prevaricatione vis
sores prevaricati sunt. Formido et
fovea. et laqueus super te qui habi
tator es terre. Et erit: cum fugerit a fac
ie formidinis cadet in foveam: et
qui se explicuerit de fovea. tenebitur
laqueo: quia cataracte de excelsis
apte sunt: et concutientur fundamen
ta terre. Confractione confringetur terra.
et commotione commo
vebitur terra: agitatione agitabitur
terra sicut ebrius: et auferetur sicut tabernac
ulum unius noctis: et gravabit eam
iniquitas sua. et corruet. et non adiecet
ut resurgat. Et erit in die illa visita
bit dominus super militiam celi in
excelso. et super reges terre qui sunt super
eam: et congregabuntur congregatione
unius fascis in lacum. et claudentur ibi
in carcerem: et post dies multos visi
tabuntur. Et erubescet luna. et con
fundetur sol. cum regnaverit dominus
exercituum in monte syon. et in hierusalem. et
in conspectu senum suorum glificatus.

Capitulum. xxv.

Domine deus meus es tu. exaltabo
te. et confitebor nomini tuo:
quoniam fecisti mirabilia cogitationes
antiquas. amen. Quia posuisti ciui
tatem in tumulum. urbem fortem in
ruinam: domum alienorum. et non sit ci
vitas: et in sempiternum non edificetur.
Propter hoc laudabit te populus fortis: ci
vitas gentium robustarum timebit
te: quia factus es fortitudo pauperi. for
titudo egeno in tribulatione sua:
spes a turbine. umbraculum abes
tu. Spe cum robustorum quasi turbo im
pellens parietem: sicut ictus in sti
tumulum alienorum humiliabis.
et quasi calore sub nubile torrentis. pa
gnem fortium marcescere facies. et
faciet dominus exercituum omnibus
populis in monte hoc vinum pingue
vinum: vinum vindemie: pinguium
medullatorum: vindemie defecate. et
perpetrabit in monte isto faciem
vinculi colligati super omnes populos:
et telam quam ordinatus est super o
mnes nationes perpetrabit mor
tem in sempiternum. et auferet dominus
deus lacrimam a omni facie: et
opprobrium populi sui auferet de uni
versa terra: quia dominus locutus
est. et dicent in illa die. Ecce deus
noster iste: exspectavimus eum. et salva
bit nos. Iste dominus: sustinuimus
eum: Exultabimus et letabimur
in salutari eius: quia requiescet
manus domini exercituum in monte
isto. et conculcabitur moab sicut
conteritur palea in plaustro: et exten
det manus suas sicut extendit
natans ad natandum. et humiliabit
gloriam eius cum illusione manu
um eius Et munimenta sublimium